



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

261. feria 3. de Castitate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

466 *Feria 3. Dom. 13. post Pentecost.*
temporalia & spiritualia, doctrinae, consilij
& exempli, pro facultate omnibus domesti-
cis & externis, cognitis, & incognitis elargiri.
2. Hac eadem, cum petuntur, statim, sine
mora, hilariter, & libenter dare. 3. Si proximo
utilia, vel ad ostensionem amoris necessaria
sunt nostra obsequia, ea gratanter ingerere.
4. Ignorantes, & nihil de nobis cogitantes.
cum Deo gratum fore putatur, operibus pu-
ritatis afficere. 5. In gratiam, & utilitatem
aliorum aliquam incommoditatem sustine-
re, & pro salute eorum spirituali, etiam vi-
tam temporalem exponere. 6. Pro beneficijs
exhibitis nihil hic compensationis expecta-
re, sed à Deo. 7. Ita dare, quomodo velle-
mus accipere. Glorificabo salvatorem pro
hac virtute. Peccati contra eam postulabo
indulgentiam, eandem virtutem expetam.

MEDITATIO CCLXI.

Feria 3. Domin. 13. post Pentecost.
De Castitate.

V Ideo Dominum IESUM in turture figu-
raturum; quia vox turturis predicatio Ca-
stitatis, inquit D. Bernardus; serm. 59. in
Cant. At teste D. August. serm. 17. de temp.
& 33. ex 50. D. IESVS Castitatis auctor, &
primus eius Magister, Petam Domini predi-
cationem capere.

Conf. I

Feria 3. Dom. 13. post Pentecost. 467

Conf. 1. Castitas est virtus, quâ ab impuris carnis voluptatibus abstinemus: vel quâ corpus à carnali concupiscentiæ pollutione custoditur, & mens ab omni impura concupiscentia munda servatur.

Conf. 2. Incitamenta ad eam sunt: 1. honor corporis quia per Castitatem à conditione bestiarum educitur ad similitudinem Spirituum beatorum. 2. Est honor animæ, quæ in illa, ut in cælo habitat, per incontinentiam in cœno habitatura. 3. Proœmium ejus in cœlo, nomen melius à filiis & filiabus. 4. Quia S. Ignatius M. ep. 11. suadet in Castitate permanere propter honorem carnis Dominicæ. 5. Propter reverentiam Sacratissimæ Eucharistiæ. 6. *Exerce te in Castitate, quoniam hic sanguis nil magis diligit, quàm in Christo Virgines,* inquit S. Paschal. de Venerab. cap. 21. 7. *Dominus noster Iesus ideo per casta Virginis membra venit ad terras, ut ostenderet Deum Castitatis esse auctorem.* inquit D. August. serm. 13. de temp. Ideo à vitio contrario avertit Samaritanam. Joan. 4. Et adulteram, 8. Et Discipuli eo ipso, quòd à Christo ad se sequendum vocabantur, impellebantur tanto animo ad Castitatem, ut, suas, quas habuerunt, uxores, perpetuum desererent, & continentiam perpetuam in Violatè tererent. In alijs virtutibus non sta-

468 *Feria 3. Domin. 13. post Pentecost.*
tim eos perfecit, in hac prima vocatione
perfectos reddidit.

Conf. 3. Actiones ejus sunt: 1. Omnem
illicitum congressum carnis ignorare. 2. Ab
illicito & licito carnis opere abstinere. 3. De-
sideria carnis opprimere, nec eis consentire,
4. Non immorari in cogitationibus carnis,
sed eas ut carbonem statim eijcere. 5. Tur-
pes motus efficaciter comprimere, & tactus,
ac aspectus horum causas vitare. 6. Ita cor-
pus jejunijs, vigilijs, asperitatibus domare:
& animam sanctis meditationibus occupare.
ut hæc passio nec in vigilia, nec in somno
nos infestet. Laudabo Dominum pro hæc
virtute. Petam veniam, quidquid contra
eam contingit, eandem postulabo,

MEDITATIO CCLXII.

Feria 4. Domin. 14. post Pentecost.

De Circumspectione.

Videbo D. JESVM in serpente figuratum
Joan. 1. v. 25. Semetipsum non creden-
tem ijs, qui eum secuti erant, ut me doceret,
circumspectionem. Petam eum imitari.

Conf. 1. Circumspectio est attentio men-
tis sedula ad ea, quæ circumstant bonum; &
ad ejus impedimenta.

Conf. 2. Incitamenta ad eam sunt: 1. ma-
litia diaboli, qui tanquam leo circuit. 2.

Homi-